

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Tit. XXII. De Inivriis.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

## §. CCLXX.

Socius.

Qui prostitutionem feminae honestae prohibere potuit debuitque, nec tamen prohibuit, lenocinium uel in totum uel in tantum participat, prout scilicet quaestum quaesuit aut aliud.

## §. CCLXXI.

Iudicium  
ciuile.

Contra lenones tam corruptus quam alii, quibus nocumento est corruptio, agere possunt ad soluendum id, quod interest. *m*).

## TIT. XXII.

## DE INIURIIS.

## §. CCLXXII.

Iniuria,  
quae

Quicquid in alterius contumeliam tendit, *iniuria* est.

## §. CCLXXIII.

uarie,

Iam quum in alterius contumeliam tendere queant cum facta tum uerba nostra: Dd. iniuriam diuidunt (1) in *realem* & *uerbalem*, hancque iterum (2) in *ore nuncupatam* & *scriptam* *n*), quam posteriorem (3) uel *claram* uel *figuratam* habent *o*). Has diuisiones omnes, quum parum utilitatis ferant, magni non facimus.

## §. CCLXXIV.

Speciatim in

Quandoquidem porro quis uel *directe* uel

*m*) KRESSAD art. 123. *scemmaribus* §. X.

§. 2.

*o*) FELZ *de iniuria*,

*n*) LINCK. d. *de qua fit per picturam*.

uel *oblique* (i. e. ducto argumento, aut per interpositam personam), adficitur contumelia, iniuriam Dd. in *immediatam* & *mediatam* diuidunt.

§. CCLXXV.

Directe autem despicitur is, (a) cui in-<sup>immedia-</sup>esse negantur, quæ præsumunt leges, aut <sup>tam &</sup> inesse dicuntur, quæ cum probitate, honestate bonisque moribus pugnant; (b) cuius bona cum aliis comunicas, & (c) quem despicias aut aliorum exponis risui.

§. CCLXXVI.

Vnde iniuriam *immediatam* committit (1) qui alterius statum, dignitatem *p*), fidem *q*), castitatem aliasque uirtutes uel in totum uel in tantum negat, aut saltem in dubium uocat: ut si quis uirum in dignitate constitutum, sibi plane non familiarerem, per secundam personam compelleret *r*), nec ei acquisitos honores titulosque tribueret *s*), uirginis secreta tangeret, manus chirothecasue matricaria liniret, fertum a capite aut flores e sinu auelleret *t*) &c.; (2) qui domui alterius suum affingit titulum; (3) qui ludicris uerbis factisue alterum excipit *u*), aut

K 2 (4) tra-

*p*) LEYSERI d. de iniur. obl. nr. XII.

*s*) LEYSER *spec.* DXLIX. m. 3. seq. 8. seq.

*q*) LINCK. c. d. §. XI.

*r*) WILDVOGELII

*r*) FISCHER de in-

d. de iure florum.

iuuriis, quae fiunt per secundam personam §. 7.

*u*) SCHOEFFER de uerbis honoris c. f.

(4) traduci solitum scoptice quærit de traductionis causarum ueritate; (5) qui manum leuat ac si alapas inflixurus sit alteri x); immo (6) quisquis habitum, gestus, gressus &c. ad alterius componit inuidiam y).

## §. CCLXXVII.

mediatam  
diuiditur,

*Obliquam* iniuriam (§. CCLXXIV.) patimur ab eo, (1) qui ea, quæ a nobis proueniunt, u. c. scripta &c. contumeliis uexat; (2) qui contemnit, quos in *potestate* nostra habemus, u. c. liberos nondum separatos, famulos &c. eosue quibus *affectum* debemus, quales sunt uxor, sponsa &c. aut *defensionem*, quo refero ciues, uasallos &c. z); (3) qui picturam nos referentem ducit despiciatui.

\* Contra ciues, liberi, uxores &c. iniuriam magistratui, parentibus, marito &c. illatam, non patiuntur, nisi prægnantem, aut post mortem patris, mariti &c. illatam.

## §. CCLXXVIII.

ubi dolo facta, crimen constituit.

Enimvero quum sine dolo nullum crimen detur (§. XXXI. seq.); ideoque nec iniuria crimen uocari queat, nisi dolo malo fuerit illata; sequitur, ut crimen iniuriarum dari nequeat iis, (1) qui teneræ ætatis, furoris, summæ ebrietatis, alioque

x) FICHTNERI d. *iniuriis* §. 35.  
de *admenatione*. z) LEYSER, sp.  
y) THOMAE d. de DXLVI.

aliove tempore, quo doli non erant capaces (§. XXXIV, 3.), aut iusto dolore ducti *a*) fuerunt iniurii; (2) qui non ad invidiam protulerunt scommata, sed iocandi *b*), tempus fallendi, alterum emendandi uel corrigendi, secundum regulas artis diuinandi, aut se defendendi *c*) animo; (3) qui probabili causa ducti putarunt, sibi hæc licere; (4) qui iniuriosam vim uerborum, quibus usi sunt, reapse ignorarunt *d*), aut (5) eo fuerunt loco, quo scommata omnia risu solent excipi; (6) qui ex officio, aut (7) permittente lege consuetudineue *e*) dixerunt feceruntque in contumeliam tendunt tertii. Hinc u. c. *aduocatus*, siquidem litium utilitas hoc poscit, conuictum tam uerum quam falsum, dummodo hoc, ex probabili causa uerum qui habet, retulerit cliens, facere *f*), & *iudex*, si rumor oboritur, Titium a Sempronio occisum esse, contra hunc inquirere potest, sine iniuriarum crimine.

## §. CCLXXIX.

Tamen quasi, si non ueri, criminis iniuriarum

K 3

*a*) WILLENBERG  
*de pseud - iniuria* c. 3.  
§. 21.

*b*) HOPPII d. *de ioco* c. V. §. 5. seq. 21. seq.

*c*) CARPZOV *p.* IV. *const.* 42. d. 7.

*d*) LINCK c. d. §. XII.

*e*) BECMANNI *felicis iniuriæ.*

*f*) LEYSER *sp.* DXLVII. m. 2. 7. seq.

iuriarum reos dicere debes (1) qui *iocati* sunt inter lugentes uel alio iniquo tempore, aut modo, qui æquo animo perferri nequit\*, aut uerbis per se iniuriosis<sup>g</sup>); (2) qui officii metas exceſſerunt, animumque iniuriandi prodiderunt, u. c. oratores ſacri, qui peccatores nominarunt, nominatos exprobrarunt, hilarem animum in iis redarguendis oſtenderunt &c. *h*); (3) qui ira ſumma, quam iniuſta cauſa generauit, (4) ex aſſuetudine, quam ipſi ignorant, (5) ſub conditione *i*), quam ueram\*\* nominant Dd. *k*), (6) auctores ſuos laudantes *l*), (7) ad ueritatem *m*) prouocantes, (8) honorem præfantes *n*), aut (9) de iniuria alicui non inferenda proteſtantes *o*), fuderunt uerba per ſe iniurioſa u. c. *Hunds* &c. *p*), *Schelm* uel huius generis alia.

\* Huc pertinent die Ständchen mit Pfennings- Pfeiffen und Maultrummeln, das Heckerlings ſtreuen, die Stroh-Hochzeit, das Korb bringen, LINCK c. d. §. XIII. ſeq.

\*\* Vnde

- |                                   |                             |
|-----------------------------------|-----------------------------|
| <i>g</i> ) HOPP c. d. §. 22. ſeq. | <i>m</i> ) RICHTERI d. de   |
| <i>h</i> ) comment. nr. de        | iniur. §. 17. LEYSER        |
| <i>iure principum euangeli-</i>   | ſpec. DLI.                  |
| <i>corum in oratores ſacros</i>   | <i>n</i> ) Id. c. d. §. II. |
| §. 20. ſq.                        | <i>o</i> ) THOMASII d. de   |
| <i>i</i> ) CARPZ. decis. 35.      | proteſtat. factō contraria  |
| <i>k</i> ) HARPPRECHT             | TREIBERI d. de prote-       |
| Reſp. Crim. 3. nr. 47.            | ſtationibus iniurioſis.     |
| <i>l</i> ) STRVV d. de in-        | <i>p</i> ) STRVK d. de &    |
| iuur. uerb. th. 7.                | cætera c. 5.                |

\*\* Vnde si conditio præsens aut præteritum tempus respiciat, statim, sin futurum, illius demum existentis tempore, nascitur iniuria.

## §. CCLXXX.

Etiã *infantes, mortui q), absentes, furiosi &c.* iniuriam pati possunt, non uero qui *lubentes consenserunt r)* in dictum factumue, quod iniuriosum intellexerunt, quodque in alterius simul non tendit opprobrium.

## §. CCLXXXI.

Iniurias (1) quas fundi mandarunt (§. XXIV.), (2) fusas non puniuerunt iudices, aut (3) scriptas imprefserunt hypothetæ s), impressasque uendiderunt bibliopolæ, omnino participant, & ubi dolo malo mandarunt, non puniuerunt &c. criminis iniuriarum rei sunt.

## §. CCLXXXII.

Iniuria redditur atrox (1) ubi personis illata, quibus debetur reuerentia (§. LV, 3.) t), uel competit sanctitas; (2) ubi ea in loco publico, sacro uel profano (§. eod. nr. 4.) aut (3) multis adstantibus fusa est u).

## K 4 §. CCLXXXIII.

- q) WILLENBERG *Germ. ant.* III, 7, 4.  
 d. de iniuria, quæ mortuis illata §. 15. seq. HILDEBRAND & HARPPRECHT de iniuria magistratui illata.  
 r) I. §. 5. ff. h.  
 s) Ord. Polit. de An. 1577. von Buchdruckern. u) HOMBORG Resp. 326.  
 t) POLAC *Syst. Iur.* 326.

## §. CCLXXXIII.

Quomodo  
iniurias  
uindicare  
iubeant le-  
ges anti-  
quæ, &

Primi germani, qui sibi ipsis ius dice-  
bant manu *x*), parum aut nihil de iniu-  
riis uindicandis sanxerunt. Postea uero  
*pecuniariæ compositioni* quædam LL. de-  
derunt locum *y*). Medio æuo iterum in-  
iurias singulari uindicarunt certamine *z*).  
Quod quo minus institueretur, ubi trans-  
actio impediuerat, aut institutum pax fa-  
cta finierat: lædens uel uirum honestum  
nominabat læsum, uel ab eo rogabat ue-  
niam, uel palinodiam canebat.

\* Quod læsus iniuriam sibi illatam pecunia unquam  
*æstimauerit*, me legere uix memini.

## §. CCLXXXIV.

hodiernæ.

Vnde non miror, quod hodie (1) reo  
criminis iniuriarum raro certam pœnam  
minentur leges moresque prouinciales,  
iubentes plerumque, iudicem, si iniuriati  
dignitatem, iniuriæ atrocitatem, iniurian-  
tis malitiam, aliasque circumstantias, sub  
quibus iniuria prolata, probe attenderit,  
arbitrari, ad fustigationis, relegationis,  
carceris, an ad pecuniariam pœnam re-  
posci debeat criminis iniuriarum reus;  
(2) quod alicubi actio iniuriarum æstima-  
toria nunquam instituta, aut nouioribus le-  
gibus

*x*) TACITVS de M. L. Longob. I, 17, 1.  
G. c. 21. *z*) HEINECC. Elem.  
*y*) L. Sal. tit. 33. Angl. I. G. Tom. II. lib. II.  
tit. 12. Ripuar. tit. 39. §. 114. POLAC c. 1.  
41. L. Wisig. VI, 4, 7. §. 10,

gibus in exilium acta fuerit a). Ceterum ubi hæc actio adhuc uiget, iudex limites ponit æstimationi, quocumque modo petita b).

§. CCLXXXV.

Iniurias retorquere cuique licet c) \*, id- Iniuriarum que tam uerbis quam literis ad iniuriam- retorfitio. tem scriptis. Hæc modo iudici d), modo notario e) insinuantur, ut significarent eas parti alteri. Vnde patet, moribus nostris re- torsiones non semper in continenti fieri.

\* Retorquendi facultas hodie in Saxonia Electorali negatur omnibus. Erneuertes und geschärftes Mandat wider die Selbst-Rache §. 22. alibi uero liberis tantum ratione iniuriarum a parentibus sibi illatarum.

§. CCLXXXVI.

Actioni ad palinodiam (§. CCLXXXIII.) Recantatio adhuc hodie locus est f), ubi dignitate superiori uitium morale g), quod pudorem grauiter sugillat & probari nequit h), K 5 expro-

a) Verbeesserte Mag- deb. P. O. c. 50. §. 10.	e) HOMBORG R. 38. nr. 8. seq.
b) BERGER Elect. Jurispr. Crim. p. 84.	f) R. I. 1530. §. Item als text Ord. Cam. p. II. tit. 28.
c) STRVV de uind. priu. c. 10.	g) STRYK V. m. ff. h. §. 29.
d) LEYSER spec. DXLII. m. 9.	h) HEIGIVS p. II. q. 3. nr. 43.



exprobrauit inferior *i*), sit illustris, nobilis *k*), clericus *\**, an quis alius *l*). Tendit eo, ut iniurians se mendacii arguat *m*).

\* Huic tamen recantationem non aliter, quam si eam exigant personæ iniuriatæ dignitas, iniuriæ atrocitas, & scandalum publice datum, imponi solere tradit LEYSER sp. 548. m. 14.

§. CCLXXXVII.

quandoque famosa est. Recantatio, præsertim ubi solemniter & in iudicio post pacem sancitam vor öffentlich gehegtem Gericht *n*) facta, minuit famam. Id quod tamen praxis negat (1) si famam iudex sententionando reserua-uerit *\**, aut (2) iniurians ad actionem per procuratorem responderit, uel (3) ob contumaciam condemnatus uel (4) iusto grauiorem pœnam sibi imponi passus fuerit.

\* In Camera Imperii semper (GAIL lib. I. obs. 68. nr. 6.), in reliquis iudiciis ex prouocationis, ueritatis aliaque iusta causa solet seruari fama. HARP-RECHTI d. de expressa honoris in sententia iudicis reseruatione §. 38. seq. 96. seq. 133. seq.

§. CCLXXXVIII.

Quid faciendum iudici, si iniurians recantare renuat?

Iniurians in cantanda palinodia contumax, ubi præsens est, primum mulcta, dein

*i*) BERGER El. Iur. Crim. p. 77.

*k*) MAVRITIVS nobilitate th. 46.

*l*) Const. El. 42. p. IV.

*m*) DOEPLER Schaupl. der Leibes- und Lebens = Str. p. I. p. 824.

*n*) Stat. Hamb. p. IV. art. 58.

dein carcere, post relegationis comminatione ad eam compellitur. Quæ comminatione a reo sprete, recantat, & ad uerba: daß er alle und jede oberzehlte dem N. zugefügte Schmah-Worte u. progressus, alapam ei infligit, carnifex o). Sin reus *absens*, citatur, & si non compareat, sententia recantationem iniungens, adfigitur publice p).

§. CCLXXXIX.

*Deprecationem* Christiano dignam (eine *Deprecatio* christliche Abbitte), quæ, ubi iniurians & iniuriatus sunt dignitate pares, decernitur q), & præsens oblata dextra, & in foro communi absens, hicque tam per procuratorem quam in scriptis r), facere potest. Excipe tamen liberos, qui in parentes iniurii præsentis & genibus innixi deprecari tenentur s).

§. CCXC.

Vbi iniuriæ impersonaliter factæ, uel de ui uerborum prolatorum iniuriosa, aut de dolo malo eius, qui ista protulit, superest dubium, *honor* iniuriati, in iudicio præsentis, *declaratur*.

§. CCXCI.

Iniuriatus quancunque actionem instituens, repellitur (1) præscriptionis (2) remissionis. *Exceptio- nes quæ iniurianti dantur.*

o) STRYK c. l. §. 32. r) LEYSER spec.  
p) BERGER c. l. p. 83. DXLIII. m. 2.  
q) Id. c. l. p. 77. s) Id. c. sp. m. 3.

remissionis \* (3) compensationis *z*), (4) retorsionis, (5) erroris in facto commissi (§. XXXVIII.) *u*), (6) felicitatis, quæ in iniuriatum ex iniuria redundauit, uel redundare iure consuetudineue fingitur *x*), aliisque exceptionibus. Speciatim actioni *ad palinodiam*, defensionis *y*), ueritatis *z*), exprobrati uitii physici, leuioris iniuriæ &c. (§. CCLXXXVI.), actioni uero *ad deprecationem*, honoris suo modo, & tempore declarati &c. exceptiones opponi queunt.

\* Quæ colligi nequit ex solo usu sacre cænæ, Diff. TILESIVS *de iniuria remissione quæ fit ob usum sacre cænæ*, aut illis familiaritatis actibus, quos iniuriatus suscepit necessario, WERNHER p. I. *obs.* 137. aut honestatis ergo, aut præuia protestatione, auf Hof-Recht, STRYK V. m. ff. h. §. 35. aut iniuriarum iudicio iam finito.

## TIT. XXIII.

## DE BLASPHEMIA.

§. CCXCII.

Blasphemia **B**lasphemia est iniuria (CCLXXII.), quam deus patitur.

§. CCXCIII.

uarie diuiditur.

Inde ergo facile de causa constat, cur (1) blas-

- |  |                        |
|--|------------------------|
| <i>t</i> ) LEYSER c. sp. <i>de felicibus iniuriis.</i> |                        |
| <i>m.</i> 7.   | <i>y</i> ) LEYSER sp.  |
| <i>u</i> ) Id. sp. DL.                                 | DXLIII. m. 6.          |
| <i>x</i> ) BECMANN. d.                                 | <i>z</i> ) Id. sp. DLL |